

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sacerdos am cum fonte primo

Multi sacerdotes et pauci sacerdotes,
multi in nomine et pauci in opere.
Videte ergo quomodo sedeatis
super cathedram quia cathedra non facit
sacerdotem, sed sacerdos cathedram.
Non locus sanctificat hominem, sed
homo locum.

Qui bene sederit super cathedram
honorem accipit ab illa; qui male
sederit iniuriam facit cathedrae.

In iudicio enim sedis si bene quidem
uixeris et bene docueris, omnium iudex
es; si autem bene docueris et male
uixeris, tui solius.
Nam bene uiuendo et bene docendo
populum instruis quomodo debeat
uiuere, bene autem docendo et male
uiuendo instruis Deum quomodo te
debeat condemnare.

Crisostomus super Mattheum omelia
XXV. tractans illud: Super cathedram
Moysi et cetera.

*Super cathedram Moysi sederunt scribae
et Pharisei, id est,*

multi sacerdotes, et pauci sacerdotes.

Multi nomine, pauci opere.

Videte ergo quomodo sedeatis

super eam: quia cathedra non facit

sacerdotem, sed sacerdos cathedram;

non locus sanctificat hominem, sed

homo locum.

Non omnis sacerdos sanctus est,
sed omnis sanctus sacerdos.

Qui bene sederit super cathedram,

honorem accipiet ab illa; qui male

sederit, iniuriam facit cathedrae.

Ideoque malus sacerdos de sacerdotio
suo crimen acquirit, non dignitatem.

In iudicio enim sedens, siquidem bene

vixeris, et bene docueris, omnium iudex

es: si autem bene docueris, et male

vixeris, tui solius condemnator es.

Nam bene vivendo, et bene docendo,

populum instruis, quomodo debeat

vivere: bene autem docendo, et male

vivendo, Deum instruis, quomodo te

debeat condemnare.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus*

imperfectum in Matthaicum, 43 (PG 56,
col.876).